

Nōmen meum, _____, est facile dictū!

Lingua Latīna - Capitulum XXII

Supīnum Scrībere

Identificā in hīs scaenīs omnia supīna et indicā sī sunt supīnum I aut II.

I.

Ōstiārius: Cūr adhūc venīs, hodiē?

Mīles: Veniō vīllam oppugnātum!

Ōstiārius: Quid? Cūr venīs? Vōx tua difficilis audītū est.

Mīles: Veniō vīllam oppugnātum!

Ōstiārius: Terribile dictū! Mīles dicit sē venīre vīllam oppugnātum!

II.

Albīnus: Salvē! Quid vultis?

Mēdus: Venīmus ānulum ēmptum.

Albīnus: Vultis ānulum emere?

Lýdia: Ita vērō! Advenīmus ad tabernam tuam ānulum ēmptum.

Albīnus: Bene audītū! Multōs ānulōs pulchrōs habeō!

III.

Cornēlius: Ōlim, in silvā ambulābam ovem meam quaesītum. Tum, terribile vīsū, versipellem vīdī!

Sextus: Mīrābile audītū! Quid fēcistī tunc?

Cornēlius: Facile dictū! Celeriter discessī!

IV. Nunc scrībite vōs scaenam cum supīnō!
